632

Sponsalitij non completa complenda, citata exnunc mrata pars Una praemissa non tenens, sive eius posteri, ad instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis, Vel illius Successorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense, extunc recessu suo quo ad tenendum spectat mediante, semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, rendere, Vadium praefatum luere, Interesse hinc satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, sive ad cuiusque terminos semper peremptorios Vera Infirmitate, maiori, minorennitate Successorum, legatione intra Vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Evictorem, Vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra quosvis Officij praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus Vel triplicatis, Evasionibus, suspensionibus, fatalijs iuris, praescriptione Terrestri, bello, Conventione, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. haec sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Brzezicki et Pobidzinski mutuo Roborant.

1006 Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosi Gabriel Brzezicki ab Una, et Martinus Pobidzinski partibus ab altera, sani

mentibus et corporibus existentes, a Terris, Ditibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedentes praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se, cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie Incorporando atque Subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo interesse recognouit. Quia ipsi sibi mutuo et inuicem Vna pars alteri, ac posteris Vtriusque partis, se, ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus Summisque pecuniarum quibusuis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentem Interceisam certam inter se Recognitas ratione certarum rerum et conditionum in eadem Interceisa contentarum, de actu et data illic hic Premysliae die hodierna in Actu contenta confectam et conscriptam, manibus sui Recognitum proprijs a utrinque subscriptam. In omnibus et singulis eiusdem Interceisae conditionibus, punctis clausulis, articulis, Vadijs, ligamentis, ac nexibus generaliter Vniuersis, firmiter tenere, complere, exequi, ac inuiolabiliter obseruare, omnibusque et singulis eius contentis tamen pro quam in toto, toties quoties opus fuerit satisfacere, Interceisam praefatam, ad Inscriptionem praesentem roboratam, et Inscriptionem praesentem roboratam, ad praedictam Interceisam Vicissim in toto referendo: idque sub Vadio Summae Quingentorum florenorum polonicalium, per praesentem partem, cum Successoribus Vtriusque partis ob non completionem contentorum Interceisae praefatae omnium et singulorum tamen pro quam in toto toties quoties opus fuerit ad soluendum Succumbendo. Pro quo quidem Vadio, modo promisso ad soluendum Succumbendo, atque ea aequa principali ex contentis Interceisae praefatae non completa complenda Citata exinde mrata pars Vna promissa non tenens, suique posteri, ad instantiam partis alterius promissa tenendum et complendum

Vel Illus Successorum ad Officium praesens Castren Capitaneale Praemy-
sliense, extunc recepturo, quo ad reindum Spectat mandato,
semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare,
Iuri parere, respondere Vel actum praefatum luere Inscriptioni huic
satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit, cogetur, seq
ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesen
Illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde
consequentes Succedentesq terminos semper peremptorios
Vera Infirmitate, maiori, minori aetate Successorum, Legati
one intra Vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta
ad Evictorem Vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus
impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea Ultra
probanos officij praefati Castren Capitaneales Premysliensis termos dilationem
sibi non recipiendo, nullasq Motiones, Appellationes ac earum
prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia praenis simplicibus Vel
triplicatis Evasionibus, Suspensionibus, fatalijs Iuris, protectione
Terrestri, bello, Conventione neq, ac alijs omnibus Iuris remedijs
et defensionibus non subterfugiendo, nec modo alio quovis
evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad prae-
missa omnia mediante.

2/III **Feria Quarta ipso die Cinerum Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo.**

1007 **Bilinski, Conti Reformat**

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Premysliensis Nobilis Athenorius
Bilinski, olim Nobilis Nicolai Bilinski Jarosłowicz cum